in Tertio loco Quatuor ... a meta ad metam per unum stadium tendens inter mete Frzeowska et Frankowsky obwung iacens cum agris pratis sylvis et aliis utilibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis in Duodecim florenis Polon. ad exemptionem obligauit et inscripsit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nlem et Nobiles duos offitio acceptandam dat et admittit submittendo se de Omnibus bonis cum heredibus suis Mensuratum tenutarium suum et eius posteros ocurus Inscriptionum ab Omni impedimento iuridico quarumuis personarum quorumcunque et remotarum perlatum temporis tenutis eiusmodi tueri defendere euincere solusque per se et per submissas personas non inturbare sub vadio simili alio nomen Duodecim florenos Polon. Et Coram offitio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie respondere Omnibus in Universum iuris remedijs se et suos successores abscribendo.

Korycki et Zazewski Intercisae Roborato

Coram offitio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparentes Generosi Hieronimus Korycki in Niewodnica haeres ab una et Generosus Mathias olim Baltasari Zazewski in Zazi haeres partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognouerunt et quilibet illorum suo interesse recognouit. Quia ipsi intercisam certam seu contractum ratione certarum rerum et conditionum de data in eodem contractu expressa conscriptam vadio ibidem apposito firmatam in Omnibus eiusdem recognitionis conditionibus approbant confirmant Itaque Omnia ibidem exarata se de Omnibus bonis cum posteris suis tenere et adimplere se submittunt et inscribunt sub vadio in eodem contractu expresso in casu non expletionis alicuius conditionis ad soluendum succumbendo. Et Coram offitio praesenti in primo Citationis Termino peremptorie respondere ac satisfacere Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos Successores abscribendo et abrenunciando. Sub amissione sua suorumque successorum litis et integrae causae.

Szablowski Poplawy Demissio

Coram offitio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Marcianus olim Stanislai Buratowicz Poplawski in Poplawy haeres Sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia ipse iuxta Inscriptionem consensus exemendi bonorum in haereditate Poplawy consisten. ... Nobilem Marianum et Andream filiis ... Alberti Poplawski Nomine suo et Nobilis Annae Zaborowska matris suae Nobili Andreae Anselmo Szablowski Coram Actis praesentibus factam Eidem Szablowski et eius posteris Obligamus bonorum eiusmodi Unam principalem ... factam Nlem Annam Zaborowska relictam ... Alberti Poplawski Nobili Stanislao olim Thomae Poplawski in Tribus sexagenis ... Coram Actis Castren. Branscen. feria secunda post Dominicam Cantate Anno Millesimo sexcentesimo Vigesimo Octauo inscriptam Aliam superreceptionem et adscriptionem